

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Illvstrivm Virorvm Epistolae, Hebraicae, Graecae et  
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra  
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes**

**Hagenoae, 1519**

Ioannes Reuchlin Phorcen. LL. doctor, Ioanni Francisco Pico mirandulae  
domino. S. D. P.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](#)

E P I S . I L L V S T . V I R O R V M A D

Tum ego, qui in Italia librum unum de Rudimétis hebraicis tñ uideram, nec mihi habere illum poteram, quæsiui an ea in regiōe uænalis haberef. At ille, nō (inquit) est opus, nec mora, promptus ex Bibliotheca sua librum, meq; illo donauit & animo & fronte hilari. Inde in Italiā pauloq; post in patriam ditionem reuersus, e cundo iam ab exilio redux, uersare librum audius cœpi, reuocaturus in memoriam quæ partim exciderant, ab hinc fē me annis quindecim, partim non tenaciter hæserant, ob alia negotia & lite raria & bellica. Incessitq; me adeo ex ipsa lectiōe ardor, ut quicqd hebræarum literarum haberem, per me ipsum, nō per interptem haurire cogitarim. Quapropter ad te scribere operæ p̄ciū usum est, rogatū, ut ne graueris mihi significare, an libri ulli qui nō sint omnibus comunes, apud te sint, aut ad linguam ipsam syncere ca steq; tenēdam haberes, aut ad sacrarum literarū remotiona sensa peruestiganda, si forte mihi fieri eorū copia per te poterit, & inueniantur Hebræi qui ex fide uelint excibere. Impensam ego oēm uel Auguste in nostri Conradi manibus, uel ubicunq; uolueris cura deponendam. Tu interea si libuerit operā datus es, ut ipso rum librорū index ad me perferas. Super oīa uero, q; unq; in me cōferrī per te possint, illud gratissimum fore existimes uelim, si re scire tua diligentia potero, quo pacto sacrarum carmina literarū se habeant. Neq; enim ullam aut Pindari aut Flacei effigie in psal mis uel de longinquō possumus intueri, quam tamen olim & He bræi multi, & etiam Hieronymus proxime ac citra uelamē inspererunt. Nec in Moysi cantico aut in libris Job heroicos illos uerus agnoscimus, quos illi percalluere. Quæsiui ego hac de re ex He bræis, qui se linguae suæ bene compotes esse profitebam, munitis simeq; ad cætera respondebant. Ad hoc unum, ne ȳ quidem, ut dici solet a græcis. Qua de re consulere te accuratiorem omnibus in literis hominem, & in Hebræis longe lateq; uersatum,

operæ præcium duxi. Vale. Mirandulæ III.

Kalend. Aprilis. Anno M. D. XVII.

Ioannes Reuchlin Phorceñ. LL. Doctor, Ioanni Francisco  
Pico Mirandulæ Domino. S. D. P.

10. REVCH. LIBER SECUND.

VID non sim fasturus? Generose Comes, quod & facere  
possum, & fieri tua interesse cognorim, ita est omne locatū  
in te meum obsequendi studium, quem ante amauī q̄ uidi,  
ob ingentes toto prædicatas orbe uirtutes tuas. Sed tu  
quæ uires nostras excedunt ne uelis quidem, certe scio, in me defy  
derare, ut est illud quod efflagitas, quo pacto sacrarum carmina  
literarum sese habeant. Mihi sane legenti & Eusebium in præpa  
rationis Euangelica libro, si rite recordor, undecimo, & Hierony  
mum in Iob Vzitæ prologo, ceterosq; nostrates, profecto dudū  
ante mota fuit hæc  $\tau\alpha\lambda\upsilon\pi\varphi\alpha\tau\mu\sigma\eta\pi\eta$  circa Facci, Pidari & Alcæi  
Sapphusq; modulos in consecratis Instrumenti ueteris uolumini  
bus, ut aiebant, facile inueniendos. Qua in re impendi operam nō  
mediocré. Sed ut libere fatear, haud secus atq; tu ipse frustra pro  
sus, & sine fructu, ut tandem in eam totis pedibus libeat ire senten  
tiam, studiosos Hebræorum aliquos olim extitisse, qui applauder  
re atq; blandiri græcorum ingenii multum stiauitate ac facūdia  
linguæ occupatis, conati sint, ne Iudæorum opera existimarent  
penitus & scabra nini: esse, ac supra modum barbāra. Quos em  
ea in re Hietonymus noster imitatur, hi omnes græce scripsere.  
Nunquam uero eiusmodi apud ullum legi Hebræorum, quanq;  
ut uera dicam, non omnia eius gentis legi. Extat Iosephus quem  
**יְסָפֵן** nominant hebraice scriptus, ubi nihil horum con  
tinetur. Itidem confirmant cæteri Iudæi etiam ualde docti. Habet  
nimirum, id quod non negauero, suos modulos & pedes, tam rhy  
thmicos q̄ metricos, quātitateq; syllabarum, quibus iumiores po  
etæ in carminibus gnauiter utuntur, ut in eo libro quem nunc de  
Prosodia & Orthographia lingua Hebraicæ, quantum per lites  
Fratum Prædicatorum innocentii mihi denuo Romæ motas li  
cebit, excudere proposui, studiosissimis quibusq; ubertim explana  
bitur. Qua de arte nuper chartas confeci xvi. adnuente Deo, to  
tum operis breui suppleturus. Sed quantum mihi uidere videor,  
profecto nusq; in sacra scripture dephēdere queo, q̄ versus perpe  
tuo similes sibi fluant, & una ratione decurrant. De his aliās. Nūc  
quos habeam libros Hebraicos, ut scribis, qui non sint omnibus  
comunes, ex his de Arte Cabalistica editis a me dialogis, quos hic

t iii

E P I S T . I L L V S T . V I R O R V M A D

ad te mitto, cognoscere potes. Sed qui ex Iudaeis apud nos inuenia  
tur qui tales libros non modo excibere, uerum etiam legere pos-  
sint reperies forte neminem. Paupertate namque omnes pressi, lite-  
raturum studiis non incumbunt, ideo nec mea quidem illi legunt,  
nec ego ullam cum eis habeo conuersationem. Facilius Romae  
inuenies apud Reuerendissimum Grimanum Cardinalem, inter  
illos olim patrui tui libros, quos utinam uidere possem. Na haud  
parum multis hebraicis ego quoque & moleste & grauiter ego.  
Quare uicissim oro, ut me tu ipse adiuues, & fceliciter ualeas. Stut-  
gardiae Prid. Kalend. Quintiles Anno M. D. XVII.

Hermannus Comes de Nuenar, Iohanni  
Reuchlin Phorcensi S. D. P.

**E**n tibi amicum utrumque grauem qui tuas parteis tenet apud  
Leodios & Aquas. Exegit à me literas commendaticias ut te  
ex itinere inuisere posset, quod feci ipse non inuitus, cum quod te  
amem, tam etiam quod illi negare non potui. Contra Honstratum,  
id est κωνσταντίου καὶ κωνσταντίου Canironcl:um illū bona fame  
hostem paucula ineptius, grauiora quaque ad exitum maturā  
tes, pedetentim contra beluam incedendum est, quandoquidem  
externa præsidia nondum accesserunt, coniunctis copiis expugna-  
ti cōmodius poterit. Egregie animauit me Buschius, idemque Hut  
tenus fecit, ambo tui honotis propugnatores, quorum posterior  
ille posterioribus ad me literis suis uoluit, ut quoties ad te scribere/  
rem, sui facerem honorificam mentionem. Sed quid anserem me  
iubet stridere inter olores? ille tamen cum sit amicus facile obti-  
net ut parere malim etiā ineptus quod impietatis insimulari. Tu aut  
nosti hominis ingenium, mores, indolem. Praeter uirtutes & geni-  
num splendorem totus est candidus, cultus, atque elegans. Te ita ob-  
seruat ut preferat etiam necessariis, literas ita colit, ut nullumbat  
baries acriorem sentiat hostem. A Glareano quoque è Galliis nup  
literas accepi, ubi parteis nostras tenent eruditii aliquot, quorum  
in dies expecto præsidia, apud Eburones idem facit religiosus ille  
quidem, sed accuratissime doctus Pascasius Berselius. Verum, ego  
nihil opus esse iudico tantis auxiliis, cōtra ranas paucas, quas etiā